tineri indultum Apostolicum ad ejusmodi praxim obtinendam?"

"*Die 18 Aprilis 1902. S. Congregatio Concilii Trid. Interpres ad suprascripta respondit: = Ad Ium Negative. = Ad IIum vero benigne indulsit ut Episcopus Orator pro suo arbitrio et conscientia veniam vacandi per duos dies dumtaxat gratis concedere veleat, per quinquennium.* = A. Card. Di Pietro *Praef.* = B. Arcpus Nazianzen, *Secrius.*"

VIII
Rescriptos Apostólicos

relativos á la aplicación de la parte decimal perteneciente á Hospitales y Obras pias.

"Bmo Padre,—Raffaele Camacho, vescovo di Queretaro, previo il bacio del S. piede, umilmente espone quanto segue: Nella bolla di erezione della diocesi, é stabilito che della metá delle decime tre parti siano per i parroci, due parti per il Seminario, una per i beneficiati e mansionarii della Cattedrale un nono e mezzo sia attribuito alle fabbriche ed alle Sagrestie delle chiese parrocchiali, ed un altro nono e mezzo agli Ospedali e pii istituti soggetti all' autoritá ecclesiastica. Questa parte destinata ai luoghi pii é stata finora erogata per la Fabbrica e per i Canonici della cattedrale per semplice epikeia, forse *ob inopiam ?edditum*, e perché siffatte pie istituzioni soggette all' Autoritá ecclesiastica non esistono nella sua Diocesi. Altrettanto é avvenuto della porzione che toccava ai parroci e chiese parrocchiale ma ció con facoltá apostolica.—Ora, trovandosi il Seminario in bisogno, l' oratore implora la facoltá di applicare a beneficio di questo la suddetta porzione percepita finora dalla cattedrale e dovuta ai luoghi pii. Implora inoltre, per tranquillitá di coscienza, una benigna sanazione per il passato in ordine a queste decime, godute fino ad oggi dalla Fabbrica e dai Canonici della Cattedrale. —L' implorata grazia non sará accolta, con dispiacere da! Capitolo, poiche, oltre ad essere questo conscio delle necessitá del Seminario, non ha alcun diritto a ció che finora ha goduto per semplice epikeia, e d' altronde tanto ad esso, quanto alla Fabbrica é sufficientemente provveduto colla porzione delle Decime stabilita dalla bolla, e con l' altra che spetterebbe ai parroci ed alle chiese parrocchiali.—Inoltre vi é speranza che la rendita delle decime vada sempre piú aumentando. Che ecc."

"*Ex Audientia Ssmi.—die 21 Octobris 1902.—Ssmus. D N. Leo div. Prov. Pp. XIII, referente infrascripto S. Congr. Negotiis Eccles. Extraordinariis praepositae Secretario, benigne annuit pro gratia juxta preces, dummodo vera sint exposita; et expetitam sanationem benigne concessit. Contrariis quibuscumque non obstantibus. Datum Romae e Secretaria ejusdem S. Congr. die et anno praed.*—Petrus, Arch. Caesarensis, *Secretarius.*"

RATIFICACIÓN DE LA GRACIA QUE ANTECEDE.

"Beatissime Pater—Raphael S Camacho, Episcopus de Queretaro in Mexicana Ditione, ab pedes Sanctitatis Vestrae humiliter provolutus, reverenter exponit: quod per Rescriptum Sacrae Congregationis Negotiis Ecclesiasticis Extraordinariis Praepositae, die

21 Octobris decurrentis anni datum, Beatitudo Vestra suis precibus benigne annuens, facultatem sibi concedere dignata est, ut eam partem decimarum quae ex Bulla erectionis ipsius Ecclesiae de Queretaro ad Hospitalia et alia pia Instituta pertinet, Seminario dioecesano applicare possit, quae concessio facta est sub clausula "dummodo vera sint exposita." In narratione autem exponebatur, quia ita ipsi Oratori relatum fuit, quod praedicta portio decimarum Collegio Canonicorum et Fabricae Cathedralis Ecclesiae applicabatur; nunc vero, ex investigationibus ab eodem Capitulo factis ad executionem Rescripti decernendam, inventum est, quod Capitulum nihil percipiebat de memorata portione, sed ea tota ad solam Fabricam applicabatur. Inde factum est, quod praefatus Episcopus de validitate concessionis dubitet; ideoque ad omnem dubitationem expellendam, et ut tutius agat in re tanti momenti, Sanctitatem Vestram iterum rogat, ut non obstante defectu enuntiato, si forte vitiet Rescriptum, ipsa concessio in suo robore maneat, una cum sanatione quoad tempus praeteritum —Ad pedes Sanctitatis Vestrae humillime prostratus, Benedictionem Apostolicam sibi, et populo suae curae commisso reverenter efflagitat.—Queretari, die 8 Decembris 1902."

"*Ex audientia Ssmi.—die 17 Februarii 1903.—Ssmus. Dnus. Noster Leo, divina Providentia Papa XIII, referente me infrascripto* S. *Congregationis Negotiis Ecclesiasticis extraordinariis praepositae Secretario, benigne annuit pro gratia, juxta preces. Contrariis quibuscumque minime obfuturis. Datum Romae e Secretaria ejusdem S. Congregationis die, mense et anno praedictis.*—PETRUS, ARCH CAESARENSIS, *Secretarius.*"

IX

Letras de Subdelegación

para la erección de la Diócesis (1).

"Nos Clemens a Jesu Munguia, Dei et Apostolicae Sedis gratia Archiepiscopus Michoacanensis, Pontificio Solio Assistens, Sanctissimi Dom. Nost. Pii Papae IX. Praelatus domesticus, et ab eodem Sanctissimo Domino nostro ad omnia et singula quae ad erectionem et ordinationem novi Episcopatus Queretanensis spectant specialiter delegatus: dilecto Fratri Illmo. D. D. Josepho Mariae Diez de Sollano, Episcopo Leonensi, salutem in Domino sempiternam. — Placuit Sanctiss. Domino Nostro Pio Papae IX Mexicanorum Antistitum votis de erigendis novis Dioecesibus in Mexicana Provincia, benigne indulgere, et Michoacanensem Ecclesiam in Metropolitanam constituere, et Dioeceses Leonensem, et Zamoranensem, et Queretanensem creare et stabilire, atque ut rem effectui commendaret, Nos ad tantae rei executorem eligere ac deputare. Ideoque Apostolicas adjunctas litteras ad praefatam Dioecesis Queretanensis erectionem nobis expediri mandavit. Quas quidem litteras, ea qua decuit reverentia et submissione suscepimus ac legimus. In eis dictis Litteris videbis omnia et singula quae nobis committuntur, ac praecipue amplissimam facultatem subdelegandi commissionem praefatam a nobis acceptatam. Quapropter, Nos Cle-

(1) Este documento debe entrar entre los números I y II, y por equívoco se quedó para este lugar.

mens a Jesu Munguia, Archiepiscopus Michoacanensis, cupientes, ut verus et obediens Filius, apostolica jussa diligenter exsequi, et non valentes ea per nos ipsos adimplere; eadem auctoritate apostolica qua fungimur, omnes et singulas facultates nobis commissas in praefatis litteris, Tibi sponte subdelegamus; et volumus ut transeas ad civitatem Queretanensem, atque in ejus Ecclesia Parochiali eas palam penitusque perlegas, et solemniori forma qua possis canonice promulges, atque juxta ipsarum strictum tenorem, omnia et singula in ipsis contenta fideliter adimpleas. Dein autem, de his peractis rebus nosmet authentico documento certiores diligenter facias. Sic porro existimamus eiusdem Sanctissimi Domini Nostri mandata fore, quoad Nos plane, in id operis adimpleta. — In quorum fidem, hanc amplissimam Subdelegationem manu nostra signamus, et sigillo nostro communiri jussimus. Datum et actum in Civitate Mexicana, die decima sexta Novembris, anno Domini millesimo octingentesimo sexagesimo tertio.—CLEMENS A JESU *Archiepiscopus mechoacanensis.*" — Rúbrica.

Certifico en debida forma de Derecho, que todos y cada uno de los documentos que se registran en este Apéndice de los Estatutos de la Santa Iglesia Catedral de Querétaro, son copia fiel de los originales que se guardan, parte en el Archivo de mi cargo y parte en el Archivo particular del Ilmo. y Rmo. Sr. Obispo Dr. D. Rafael S. Camacho.

Querétaro, Agosto 1.º de 1904.

PBRO. DR. JESÚS M BARBOSA,
Secretario.

INDICE
DEL APENDICE.

		Págs.
NÚMERO	I.—Bula de erección de la Diócesis	3
—	II.—Acta ejecutoria de la Bula preinserta	16
—	III.—Decreto de erección del Cabildo de esta Santa Iglesia Catedral, expedido por el Ilmo. y Rmo. Sr. Dr. D. Bernardo Gárate	28
—	IV.—Rescripto Apostólico sobre la aplicación de la parte decimal correspondiente á los Párrocos y Parroquias	29
—	V.—Rescripto Apostólico relativo á la *Post Mortem*	31
—	VI.—Rescripto Apostólico facultando para sustituir la Canonjía Doctoral con la Penitenciaria, y Decreto Episcopal disponiendo la sustitución	33
—	VII.—Rescripto Apostólico relativo á los días de que puede disponer el Magistral	35
—	VIII.—Rescriptos Apostólicos relativos á la aplicación de la parte decimal perteneciente á Hospitales y Obras pias	36
—	IX.—Letras de Subdelegación para la erección de la Diócesis	39

INDICE
DEL APENDICE.

		Págs.
Numero	I.—Bula de erección de la Diócesis	3
—	II.—Acta ejecutoria de la Bula preinserta	16
—	III.—Decreto de erección del Cabildo de esta Santa Iglesia Catedral, expedido por el Ilmo. y Rmo. Sr. Dr. D. Bernardo Gárate	28
—	IV—.Rescripto Apostólico sobre la aplicación de la parte decimal correspondiente á los Párrocos y Parroquias.	29
—	V.—Rescripto Apostólico relativo á la *Post Mortem*.	31
—	VI.—Rescripto Apostólico facultando para sustituir la Canonjía Doctoral con la Penitenciaria, y Decreto Episcopal disponiendo la sustitución	33
—	VII.—Rescripto Apostólico relativo á los días de que puede disponer el Magistral.	35
—	VIII.—Rescriptos Apostólicos relativos á la aplicación de la parte decimal perteneciente á Hospitales y Obras pias	36

FE DE ERRATAS

(DEL APENDICE.)

Pág.:	*Línea:*	*Dice:*	*Léase:*
4	13	seipos	seipsos
29	21	obblationibus	oblationibus